

paromia parabolice significans nimis meticulosus et anxios de futuro rei successu, otiosos desiderare torpere, nihilque boni agere, *g. d.* Sicut agricola nimis anxie observans ventos, seminare non audeat, cogitat enim secum: Si vento flante seminavero, ventus meum semen dilabit et dissipabit, ut extra agrum, vel in alias agri partes quas seminare nolo, feratur; aut ventus nunc frigidior semen enecabit, vel calidior in nimium permen effundet, itaque frustra et sine spe mensis seminabo; quo fit ut nunquam seminet, et consequenter nunquam metat: semper enim aliquis est ventus, praesertim in hieme, cum tempus est seminandi; qui ergo ventum timet, nunquam seminabit; cum nunquam aer in hieme sit expers venti. Simili modo, qui considerat nubes, nunquam metet: sibi enim anxie persuadet dicitur: Si nunc metam, nubes depleunt imbrem, qui segetem a me demessum sua humiditate inficiet et putrefaciet; expectabo ergo dum nulle sint nubes, tempusque omnino serenum et securum; quo fit ut nunquam metere audeat, sed seges in agro desiccatur et perdat. Nam semper in caelo sunt aliquae nubes; qui ergo eas timet, nunquam seminabit. Sic prorsus qui nimis anxie timet publicam annonae caritatem, aut ne quid domi sibi suisque desit, dicendo: Si dedero panes pauperibus, frumentum meum non sufficiet alende familie per totum annum; expectabo ergo rerum copiam, ac securitatem quod mihi nihil deerit, ac tum large rogabo superflua in pauperes: hic, inquam, nunquam dabit eleemosynam, quia semper metu aliquo instantis, vel future necessitatis percolletur, qui illum a dando retrahet, manusque ejus claudet; unde fiet subinde ut frumentum in horreo patrescat, ejus rei exemplum est apud Moschum in *Prato spiritali*, cap. LXXV. Significat ergo haec paromia, non nimis anxie cogitanda et metuenda esse, pericula et difficultates que occurrunt in exercenda virtute, praesertim eleemosynae, sed illa committenda et respicienda esse divinae providentiae, ac magno animo magnaque in Deum confidentia liberaliter beneficiendum esse cuilibet agenti; sic enim liberi lem vicissim erga nos Deum experimur. Vire Seneca, *epist.* 13: «Plerumque, inquit, suspitionibus laboramus, etc.: non coarguimus illa que nos in metum adducunt, nec exultamus; sed trepidamus, et sic vertimus terga, quemadmodum illi, qui pulsus motus fuga pecorum exiit castris, ut quos aliqua fabula sine auctore sparsa contreruit. Nescio quomodo magis vana perturbat: vera enim modum suum habent; quidquid ex facto venit, conjectura et paventis animi licentia tradit. Nulli itaque tam periculosi, tam irrevocabiles, quam lymphaticis morbis sunt: ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt.» quia, ut idem subjicit, «non nunquam, nullis apparentibus signis, que mali aliqui prouident, animus sibi falsas imagines fingit;»

et nonnullis interjectis remedium metus astigans: «Hic, inquit, prudentia prosit, hic robore animi evidentem quocumque metum respice; si minus, vitio vitium repelle, spe metum tempera. Nihil tam certum est ex his nunc timetur, ut non certius sit, et formidata subidere, et sperata decipere. Ergo et spem ac metum examina, et, quoties incerta erunt omnia, tibi fave; crede quod mavis: si plures habebis sententias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina, ut perturbare te desine. Ac subinde hoc in animo solve, majorem partem mortalium, cum illi nec sit quidquam mali, nec pro certo futurum sit, aestuare ac discurre. Nemo enim resistit sibi, cum cepit impelli; nec timorem suum redigit ad verum. Nemo dicit: Vanus auctor est, vanus est, aut finxit, aut credidit, Damus nos referentibus; expavescimus dubii pro certis; non servamus modum rerum; statim in timorem venit sculpulus.» Ita et aliter S. Hieronymus: «Qui considerat, inquit, cui benefaciat, et non omni petenti se tribuit, saepe praeterit eum qui meretur accipere.» Olympiodorus: «Tu quoque ne tantopere sis sollicitus, curiose quaerendo cui sis eleemosynam daturus, cui non daturus, ut puta fidelisne sit illi aut infidelis, justusne aut injustus; etenim si pendebis animo ista disquirens, amittes actionis tempus, neque invenies in tempore messis quid metas. Sine ulla itaque dilatione temporis, in simplicitate cordis eleemosynam confer.» benigne Thaumaturgus conset hęc dici contra astrologos, qui ex astris de futura fertilitate vel sterilitate conjectant et divinant; unde sic verit: «Multi que e caelo eventura sint praescire gestiant, nec deest qui in nubes intuens ventumque expectans, a messe aut ventilatione abstinuerit, re inani confisus; nec eorum que divinitus futura sunt, quicquam cognoscens.» Iluc accedit S. Athanasius in *Synopsi*, qui ex hoc loco arbitratur prosterni a Salomone, «Egyptiorum religionem circa divinationem ex hominis nativitate.» Accedit Chaldeus: «Qui, inquit, observat divinos et ariolos, vix tenere hac vita res preclaras aget, et qui a sensibus sensum aucepatur, non augetur mercede; augures enim vento perquam similes sunt, qui hominis palma concludi non potest; at planeque nubibus celi comparantur, que semper eunt, neque unquam redeunt.» Verum primus sensus, quem dedit, est genuinus.

Tropologie Albinus per ventos accipit eos qui nobis adversantur; per nubes, qui nobis illudantur: sic et S. Hieronymus: «Qui tantum, inquit, eo tempore Dei verbum predicat, quo populus libenter auscultat, et secunda respicit aura, tumoris sator negligens et ignavus agricola est: in ipsis enim prosperis, dum nescimus adversa consurgunt. Sed opportune, importunaque rei sermo est predicandus: nec fidei tempore adversariorum nubium consideranda tempestas. Ita qua in Proverbiis dicitur, *Prover.* XXVI, 3 et 4: de

at pluvia vehemens et inutilis, sic qui derelinquant sapientiam, et impietatem laudant. Absque consideratione ergo nubium et timore ventorum, in mediis tempestatibus seminandum est, nec dicendum illud tempus commodum, hoc inutile, cum ignoremus que via, et que voluntas sit spiritus universa dispensantis.»

Sylva.

Porro S. Gregorius, III part. *Pastor.* cap. XVI, per ventos accipit suggestiones demonum; per nubes, persecutiones hominum: «Qui observat ventum, inquit, non seminat, et qui considerat nubes, nunquam metit. Quid enim per ventum, nisi malignorum spirituum tentatio exprimitur? Et quid per nubes, que moventur a vento, nisi adversitates pravorum hominum designantur? A ventis videlicet impelluntur nubes, quia immundorum spirituum afflata pravi excitantur homines. Qui ergo observat ventum, non seminat, et qui considerat nubes, nunquam metit: quia quisquis tentationem malignorum spirituum, quisquis persecutionem pravorum hominum metit, neque nunc gram boni operis seminat, neque tunc manipulos sancte retributionis secat.» Similia habet XXVII *Moral.* cap. v. Rursus noster Alvarez de Paz, lib. V, part. II, cap. x. de *Mellis perfectionis*, per ventos et nubes accipit commolationem et amorem proprium, vultu inimicum: «Qui observat ventum, inquit, non seminat, et qui considerat nubes, nequaquam metet;» est ac si dixisset: Qui in omnibus quod sibi commodissimum est, exquirat, et quod juvenalissimum est, explore nititur, is profecto semen non seminat, ex quo premium aeternum metat. Seminat enim opera vitio propria voluntatis et inordinati amoris infecta, que dum soli homini operanti placent, fructum aeterni premii non ferunt.

Sylva.

S. QUOTIBO IGNORAS QUE SIT VITA SPIRITUS, ET QUIA RATIONE COMPINGANTUR OSSA IN VENTRE PREGNANTIS; SIC NESCIS OPERA DEI, QUI FABRICATUR EST OMNIBUS. — Pertinet haec gnomo ad eleemosynam, ut patet ex praeced. et seq. Ne quis enim timidus vel avarus se ab ea excuset, metu ne forte ipse rebus suis omnibus in aliena familia indigeat, occurrit dicens: «Qui observat ventum, non seminat: et qui considerat nubes, nunquam metet.» *g. d.* Non oportet tam anxie futuros ventorum flatu et nubium pluvias extimescere, ut propter eos a serendo et metendo congruo tempore avocemur. Deus enim est qui regit ventos et nubes, factique eos servare hominum usibus, itaque eos moderatur et dispensat, ut salionem et messum non impediatur, sed juvent et promoveatur, etsi hominibus id initio non appareat, sed postea contrarium: puta quod obfuturi sint, non profuturi. Deus enim occultis modis et rationes novit quibus efficit ut prosint, non obstat. Id probat tunc e.emplo formationis hominis dicens: «Quomodo ignoras que sit via spiritus,» etc., *g. d.* Sicut ignoras qui ratione embryoni et corpori animi in utero matris a Deo inseratur anima,

que corpus embryonis animet et vivificet, ac singulis membris intime sese uniat, et quasi incorporaret. Rursus, sicut ignoras quomodo ossa tot tantaque embryonis tam connexa et apposita a Deo formetur et compingantur in ventre matris; sic pariter nescis caetera Dei opera, ac praesertim qua ratione Deus eleemosynarum succurrat, ut cum omnia sua liberaliter erogent, nunquam tamen exhaustantur aut depauperentur, sed potius rebus affluent et abundant instar fontium et fluminum, quod sane opus est mirabile divine providentiae et magnificentiae, cuius effectum vides, sed causam et modum non vides. Illi ergo securus te crede et committe, nec metu futurae inopie, eleemosynae parcite, quia Deus tibi copiose de omnibus providebit. Unde Auctor *Catenae Gregor.*: «Oportet, inquit, semper bonis operibus esse intentos, nec attendere opportunitates ac tentationes. Ignoramus enim quas dispositiones habebimus, quemadmodum et que in utero sunt ossa embryonum. Hinc gnomo similis est illa *Prov.* XXII, 2: «Bives et pauper obviaverunt sibi: utriusque operator est Dominus.» *g. d.* Deus facit hunc divitem, illum pauperem, ut dives pauperi succurrat, et pauper pro divite precetur, ut illi opes semper ad erogandum suppediet. Unde Deus exoratus reipsa id ipsum facit et prestat. Bives ergo pauperem alit, ac pauper vicissim divitem dilat, dum et opes majores a Deo precatur et impetrat.

QUE SIT VIA SPIRITUS. — Primo per spiritum multi probabiliter accipiunt ventum, uti verit Symmachus de quo sermo praecessit; utrobique enim in Hebraeo eadem est vox *רוח* *ruach*; ventorum enim via, motus et gyri sunt oculi, ac hominibus impenetrabiles, quia ex arcana providentia Dei dispensatione procedunt, juxta illud Christi ad Nicodemum, *Joan.* III, 8: «Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat,» quia, ut expliat S. Dionysius, *Celest. Hierar.* cap. XV, venti habent a divinae actionis imaginem, propter eorum insuperabilemque discessum, et propter principiorum altum fontium incommutabiles, atque invisibiles lateres. Ita Thaumaturgus, Olympiodorus, Ilugo, Arias et alii.

Secundo et aptius, per spiritum accipias animam que corpus informat: agit enim hic de compagine et formatione hominis in utero matris, ut patet ex seq. Unde Chaldeus verit: «Sicut non potest tibi omnino esse perspectum, qua tandem via anima pirabilis, et vite capax in corpus infans infundatur, et in fetum, qui visceribus utero parentis matris confutur, et ignorus plane, donec in lucem educatur, masculinus sit, an femina: sic nec judicare potes opera homini, qui omnia summa prudentia perficit.» Ita S. Hieronymus: «Sicut nescis, inquit, viam spiritus et anime ingredientis in parvulum, et ignorus ossium et venarum varietates in ventre pregnantis,

quomodo ex vili elemento corpus hominis in diversas effigies artusque varietur; et de eodem semine, aliud mollescat in carnibus, aliud durescat in ossibus, aliud in venis palpitet, et aliud ligetur in nervis: ita Dei opera seire non poteris, qui factor est omnium. Ita quoque explicant Lyranus, Hugo, Cajetanus, Clarius, Vatablus et alii, qui *viam spiritus* interpretantur *viam*, qua anima intrat in corpus hominis, dum vivere incipit, ac *viam* qua ex eodem egreditur, dum moritur. Porro quam occultus et obscurus sit animæ humanæ ortus, ejusdemque in corpus, singulaque ejus membra introitus, ostendunt variæ, imo contrariæ hæc de re philosophorum sententiæ. Democritus enim censuit animam, æque ac res cæteras, ex fortuito atomorum concursu constare. Plato in *Timæo*, quia rerum principia numerose fecit, animam quoque ex numeris compositam pronuntiavit. Heraclitus, qui ignem rerum naturalium principium statuit, animam exhalationem calidam etiam opinatus est. Biogenes, et qui ex ære omnia composuere, aërem; Thales, humorem; Critias, sanguinem; Empedocles, harmoniam quamdam et temperatam elementorum; Hippocrates dixit animam esse spiritum tenuem per corpus omne dispersum. Plura vide apud Theophrastum, lib. IX *De natura hominis*; Nyssenum, disp. *De Anima*; Lactantium, *De Opificio Dei*, cap. XVI; Plutarchum, lib. IV *De placitis philosophorum*, cap. II et III; Aristotelem, lib. *De Anima*, cap. II Ciceronem, I *Tuscul.*

Denique S. Augustinus, vir acerrimi ingenii, usque ad mortem dubitavit de animæ origine, an scilicet singulis infantibus singulæ animæ a Deo creentur, an vero sint ex traduce, ita scilicet ut anima filii traducatur ex anima parentis, sicut lumen unius candele traducitur et accenditur ex lumine alterius, ut patet ex lib. I *De Origine animæ*, cap. XV, et lib. I *Retract.* cap. I. Hoc enim posterius videbatur ei arguere traductionem peccati originalis, illud enim cum anima videtur traduci in prolem ab anima parentis: sed contrarium jam definit Ecclesia, animas hominum scilicet, in nativitate vel potius conceptione ejusque, a Deo creari et creando infundi. Hinc sapienter mater septem Machabeorum ipsismet ait: «Nescio, inquit, qualiter in utero meo apparuit: neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam, et singulorum membra non ego ipsa compegi: sed enim mundi Creator, qui formavit hominis nativitatem, et peritissimus, ea non dico varegandum formare, sed nec ac pingendo exprimere et representare valeat.

Denique hæc præemia significat quod, sicut Deus ossa diversa et subinde adversa apte in corpore connectit et compingit, ut sese invicem juvent et firment, sic pariter idem dirigat et connectat ventos et nubes etiam contrarias, ut non obsint, sed prosint semini ac messi: item omnia adversa et prospera, ac præsertim illa, quæ minantur

trat in animam, ut homo eum non videat, imo sæpe non agnoscat, juxta illud *Job* IX, 11: «Si venerit ad me, non video eum: si aberit, non intelligam.» Unde B. Isaias Abbas (exstat in *Biblioth. SS. Patrum*) orat. 19; in medio, sic legit: «Quemadmodum compinguntur ossa in ventre gerentis, sic est via spiritus;» sique explicat de Spiritu Sancto: «Nam sicut sancta Virgo gestavit filium Dei in carne, ita qui gratiam Spiritus Sancti accipiunt, concipiunt et gestant illum in corde suo.»

ET QUÆ RATIONE COMPINGANTUR OSSA IN VENTRE PRÆGNANTIS. — *Pregnavit* hebraice vocatur *plena*, scilicet suo fœtu et embryone gravida. Formatio ossium et membrorum embryonis est opus naturæ, vel potius Dei admirabile; unde illud admirantur omnes philosophi et medici, ut Galenus, lib. *De Usu partium*; Lactantius, *De Opificio Dei*; Cicero, lib. II *De Natura deorum*; quin et Psaltes, Ps. CXXXVII, 13: «Non est occultatum, inquit, os meum a te, quod fecisti in oculo: et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meum viderunt oculi tui,» hoc est, non incognita tibi ossium compactio meorum, membrorumque omnium interiorum in abdito ventris materni (uti veritè Chaldeus) velut in terræ penetralibus, ubi ipse ac pictus sum quasi phrygiocom opere, quod atinet ad nervos, carnes, ossa, cutes. Hoc enim est hebraice רָחַמַי רָחַמַי, *rahmani*, id est velut a phrygiome acu pictus sum, quod proinde Itali vocant *ricamo*. Et *Job* cap. X et seq.: «Nonne, inquit, sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnis vestisti me: ossibus et nervis compegisti me: vitam et misericordiam tribuisti mihi.» Porro præ cæteris paribus et membris, mira est in homine tot tamque variorum ossium compactio, puta formatio, solidatio, nexus, colligatio, articulatio, structura, uti videre est in *Anatomia* Vesalii et cæterorum. Hoc ergo est opus *Elohim*, ut habent Hebræi, id est Numinis omnisei, sapientissimi et summe providi, quod sua efficacitate et vi omnia permeat, penetrat, agit, alit, vivificat. Emphasis est in *ventre prægnantis*, *q. d.* Die mihi, si potes, qua ratione venter unus mollis et tener prægnantis tot ossa dura et solida embryonis efformat? qua arte eadem tot musculus, nervis, tendombus, cartilaginibus, venis, arteriis, etc., vestit, intexit, compingit? præsertim cum ipsa prægnans nihil horum sciat, imo non sentiat, quæ tamen tam varia et artificiosa sunt, ut nullus phrygio, licet occultissimus et peritissimus, ea non dico varegandum formare, sed nec ac pingendo exprimere et representare valeat.

Denique hæc præemia significat quod, sicut Deus ossa diversa et subinde adversa apte in corpore connectit et compingit, ut sese invicem juvent et firment, sic pariter idem dirigat et connectat ventos et nubes etiam contrarias, ut non obsint, sed prosint semini ac messi: item omnia adversa et prospera, ac præsertim illa, quæ minantur

annonæ caritatem et inopiam, omnesque difficultates et pericula, quæ hominem metu percellunt avocantque ab eleemosyna; quod, inquam, hæc omnia Deus dirigat, disponat, combinet, ut non inopiam, sed copiam potius eleemosynario afferat. «Quædam diligentibus Deum omnia (Deo dirigente) cooperantur in bonum,» *Rom.* VIII, 28: Deus enim omnes causas secundas regit, contemperat, connectit, ut serviant commodis suorum amicum et electorum.

6. MANE SEMINA SEMEN TUUM, ET VESPERE NE CESSET MANUS TUA: QUIA NESCIIS QUID MAGIS ORIATUR, HOC AUT ILLUD; ET SI UTROQUE SIMUL, MELIUS ERIT. — Pro non cesset, Symmachus vertit, *ne dimittas manum tuam; Hebræa, quiescere ne facias*: Septuaginta, *ne remittat manus tua*. Pro *quid oriatur*, Hebræice est כִּי יִחַשׁ, id est *dirigetur, proveniet*; Aquila, *prospiciet*; Symmachus, *reperiet* vel *assequetur*, scilicet manus tua; S. Hieronymus, *rectum erit*, vel *quid placeat*; Tigurina, *quid comediurus futurum*; alii, *quid magis conveniat, q. d.* Nescis an matutina eleemosyna, an vespertina sit tibi, æque ac pauperi, utilior Deoque gratior. Chaldeus hanc gnomen accipit de generatione filiorum; unde sic vertit, *juventute inerte tua, aetatem duo, ut liberos suscipias: sic enim te nata grandiore, illa velut pars tua faciem parienti non faciet. Neque tibi tamen cognitum esse poterit, si unus ex eis ad bonum sit electus, sitne hic vel alter, duove etiam simul recti futuri sint*. Verum hic sensus carnalis est et judæicus, nec ad rem propositam facit. Totus enim hic locus pertinet ad eleemosynam et beneficentiam. Sensus ergo est, *q. d.* Sicut prudens agricola, dum tempus est seminandi, quovis tempore (nam sub mane et vespere quasi sub duobus extremis, omnia media tempora qua incurrunt intelligit) seminat tam matutino quam vespertino suum semen, ut si unum parum feliciter, alterum feliciter germinet et fructifera; aut si utrumque feliciter, duplicem et copiosum colligat messem: ita tu, o fidelis, omni tempore benefacito, nec ullo ab eleemosyna vel bono opere cessato, quia si unum non succedat, succedet alterum, fructumque speratum afferet: si utrumque, plane fiet compositus vof. Denique utriusque merces tibi certa parata est apud Deum. Ita S. Hieronymus: «Ne eligas, inquit, cui bene facias, sed et cum bene feceris, nunquam a bono opere desistas. Matutinam justitiam vespere inveniat, et vespere misericordiam solis ortus accumulet. Incertum est enim quid opus magis placeat Deo, et ex quo tibi fructus justitiae prepararet. Potest autem accidere ut non unum, sed utrumque placeat Deo. Aliter: Et in adolescentia et in senectute æquus tibi labor sit. Nec dicas: Dum potui, laboravi, debeo in senectute quiescere. Nescis enim an in juventute, an in ætate longæva placeas Deo. Nec prodest adolescentiæ frugalitas, si senectute ducatur in luxu. In quocumque enim die erraverit iustus, veteres eum justitia a morte liberare non

poterunt.» Solet enim senium senibus afferre torporem et tenacitatem, ut quia sunt frigidiores timidi, tunc sibi plus comparant vitium, cum Catius via vitæque superest. Ita Lyranus.

Accedit Olympiodorus qui sic exponit, quasi dicat: A principio vite stude virtutibus usque ad ejus finem, juxta illud Christi: «Me oportet operari, donec dies est,» *Joan.* IX, 4: «Virtute aggressus, inquit, persevera usque ad finem: neque enim novisti quemnam ex tuis bonis operibus placitura sint iudici, illane que juxta carceres peregristi, an ea que jam perditus ad metam. Quod si utraque eodem pariter modo approbentur, bonitatis et perfectionis plena censebitur hujusmodi operatio. Aut aliter ita intellige: Ab ineunte pueritia operare virtutem, neque dixeris: Nunc adolescentior eum sim, fruar delictis quas habet vita, postea vero cum ad senectutem pervenero, ad penitentiam me convertam: nequaquam enim nosti quid tibi eventurum sit, aut quando aderit finis vite. Est itaque operæ pretium operari semper virtutem, summaque contentione ad hæc assuequendam conari. Oportet etiam sæpe Deum precari, ut que ipsi operamur, sue sint majestati placita et honorati.» Nulla ergo vacatio ab opere conceditur homini in hac vita; nam ut ait *Job*, cap. V, 7: «Homo nascitur ad laborem, et avis ad volatum.» Et Psaltes, *Psal.* ciii, 23: «Exibit homo (mane ortu sole) ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vespertum.» Quare crescere debemus in virtutibus æque ac meritis quotidie, usque ad ultimum vite halitum. Unde sapienter Thomas accens, orat. *De Dormit. Virginius*, ait, morte justos omnino perfici sanctosque efficit, que id ipsius affert, ut in eorum virtutem nulla jam mutatio cadat.

Tropologicè S. Hieronymus per mane et vespere accipit Vetus Testamentum et Novum, quod est veluti pluvia serotina et matutina. «Unde et nunc admonemur, inquit, ut sic legamus legem veterem, ne Evangelium contemnamus; sic queramus spiritualem in veteri Testamento intelligentiam, ne in evangelium et apostolis hoc tantum patemus sonare quod legitur: ignoretur enim nos in quo magis scilicet nobis a Deo tribuatur et gratia, felicemque eum esse, qui utrumque in commune sociaverit, et quasi unum corpus effecerit. Quod qui fuerit consecutus, videbit lucem, videbit Christum solum justitiam.»

Rursum per mane et vespere accipias prospera et adversa, sive bonæ sortis ortum et occasum, *q. d.* Nec in rebus secundis, nec in adversis cessandum est a virtute: in adversis exerce humilitatem, patientiam, fortitudinem; in secundis, modestiam, temperantiam, gratitudinem, in utrisque, charitatem et beneficentiam; quare nullam bene agendi occasionem præterlabi sinas, ut si priora minus placita sint Deo, posteriora vel postrema magis placeant. Præclare Seneca, *epist.* 12: «Itaque, inquit, sic ordinandus est dies om-

r's tanquam cogat agrum, et consumat atque expleat vitam. » Et inferius: « In somnium ituri laeti hilarisque dicamus:

Viri, et quem delicta corum, fortuna (potius Deus sine), peregi. »

MANE SEMINA SEMEN TUUM ET VESPERE. — Noster Delrio, *adag.* 300, pag. 2, per mane et vesperem accipit duo tempora serendi, scilicet tempusvium et serotinum, sicut pluvia tempestiva dicitur quae semen satum humectat, ut germinet; serotina, quae grana jam formata maturat. Unde Symmachus vertit, *praeceps semina semen tuum, sed et serotinum ne remittat manus tua.* Verum in Scriptura nusquam fit mentio tempestive vel serotinae sationis, sed tantum pluviae. Proprie ergo accipe mane et vesperem, *g. d.* Cum sole, imo ante solem oriatur nostrum benefaciendi studium; idem non nisi cum sole cadat, ut sol oriens benefacientes inveniat, et occidens benefacientes dimittat. Benefacientia nos mane lecto excitat, vesperem lecto redat. Frigide R. Akiba: *Cum mane, inquit, aliquid pauperi dederis, et vesperem redierit, vacuum ne dimittit.*

ET SI UTRUMQUE SIMUL, MELIUS ERIT. — Hebraea, et si ambo ipsa, sicut unum bona, *g. d.* Nescis an utrumque futurum sit parvis bonitatis, an unum aequae bonum erit ac alterum. Verum Noster bona accepit per meliora; Hebraei enim utuntur positivo pro comparativo quo carent; unde clarior et significantior vertit, et si utrumque simul (oriatur), melius erit (1).

7. DULCE LUMEN, ET DELECTABILE EST OCCULIS VIDERE SOLEM. — LUX enim nobilissima, jucundissima, caelestis, utilissima et vivifica est qualitas; sol quoque est oculus mundi, et « vas admirabile caelesti, » *Eccli.* cap. xliii, 2. Vide ibi dicta. Vide et Dracontium, lib. I *Hexom.*, ubi lucem inter alia celebrat (exstat tom. VIII *Biblioth. SS. Patrum*):

Lux jubar aetherae, lux nodis limes et umbra.
Lux facies rebus cunctis, et lux elementis.
Lux genitis factisque calor, lux gratia solis.
Lux decus astrorum, lux aurea cornua lunae.
Lux fulgor caeli, lux et primordia mundi.
Lux splendor flammam, lux magni temporis index.
Lux honor agricolis, requies lux omnibus agris (2).

Hinc et Varro, lib. V *De Ling. Latina*, diem, qui venit lucem, a Deo dictum putat; vel ut Festus, quod *dicitur sit operis*; vel a Jove, quem *sua nuncupavit*. Hinc et sol a Cleone, lib. II *De Natura Deor.* vocatur « princeps siderum »; ab Heraclito, teste Macrobio, lib. I in *Somnium Scipionis*, cap. ix: « Fons lucis et cor caeli; » a Chalcidio in *Tri-*

(1) An vero ambo sicut unum, id est ex aequo bona, id est prospere sint successiva. Sensus: Cum futurorum igitur sis, utilissime ihis, si quodvis tempus et quantum occasione in us tuos veritas, agasque que tua sunt, cetera Deo linquens.

(2) Conf. Euripidem, *Iphigen. in Aulide*, vers. 1218: ἄλλο γὰρ τὸ φῶς ἔστιν.

maxim Platonis, ac Plinio, lib. II, cap. vi: « Mundus anima, siderum caelique rector, naturae regimens et nomen. » *Nomen*, id est natus et potestas, *ai* Festus, a *nus*, natus, quod veteres pro *velo* usupabant. Hinc denique nonnulli, *U. S. Heraclito*, lib. *De occulte vivendo*, putarunt amorem esse lumen quoddam, eo quod ipsa impense lumine gaudeat, et ignorantiam tenebrasque avertatur. Quocirca Anaxagoras, teste Laertio, dixit hominem natum esse ad hoc, ut videret solem ejusque lucem; ac Graeci hominem vocarunt *φῶτα*, id est *lucem*, quod solus luce Solis Verbiq; divini in mente collustratus, eodem et alios collustrat. Ha Nazianzenus. Audi Lactantium, lib. III *De Falsa relig.* cap. xii: « Tantū est (ut Anaxagore visum est) contemplatio caeli, ac lucis ipsius, ut quascumque miserias libeat sustinere. » S. Hieronymus ejusque sequaces hanc gnomen referunt ad praecedentia, quasi dicat: Mane et vesperem, id est assidue et semper, semina semen elemosynae honorumque operum, quia, si id feceris, consequeris premium, scilicet dulcissimum lumen gloriae, in quo videbis solem justitiae Christum Dominum in gloria caelesti. Verum hic sensus mysticus est et symbolicus, aequae ac ille R. Haec ad, qui per lumen accipit filios: hi enim sunt quasi lumina parentum, *g. d.* Semina, id est genera filios; hi enim erunt lux et splendor tibi tuerae familiae.

Dico ergo hanc gnomen pendere et pertinere ad sequentia: ibi enim expletur, *g. d.* Dulcis quidem est haec vita et lucis usura, in qua solem fulgidissimum jucunde contuemur; sed tamen illi brevi succedet mors, quae nos horridi undique tenebris involvet. Moris ergo instantis memor, noli dulcedine vite ad nimias voluptates abuti; sed ea moderate utere ad omnem virtutem et beneficentiam. Itaque dum vivimus, vitam fruemur, vel potius modeste et honeste utendum est, ut quam plurimos officios et beneficis adjuvemus, memores imminentes mortis et judicii.

Nota, ab hoc loco usque ad finem libri, Ecclesiastes, sive Salomon, amollit a se omnem suspensionem epicureismi, ac vite voluptuarie, quam superius, sepius commendando uti quae lete rebus suis utatur, dum vivit, nonnullis ingessit. Unde hic serio nos admonet finis nostri, scilicet ut a vanitate ad veritatem, a tempore ad aeternitatem mente et affectu transeamus, qui pariter est finis et scopus totius libri, ut patet ex ejus principio et fine. Huc accedit Thaumaturgus qui hanc gnomen necens sequentibus, ita omnes a vers. 10 uno nexu apte contextit: « Si autem quis secum ratiocinetur quam pulchre sit, quam suavis haec vita, quam jucundum in summa felicitate longævum fieri, et quam horrendum perpetuumque malum sit mors, nihil omnino offerens commodi, unde sentiat nos frui debere omnibus praesentibus, utcumque videantur suavia. Insuper

et adolescentibus consulat sua aetate abuti, permittere animabus suis omnem voluptatem, indulgere desideris, vivere ut libet, spectata oblectantia, aversari autem quae non sunt ejusmodi. Ad quem id tantum dixerim: Insipienter agis, o tu quisquis es, non expectans futurum in his omnibus Dei judicium. » Similia habet Auctor *Catene Graecae*.

Symbolice, dulce est videre lumen et solem, id est contemplari Deum, qui sicut est dator numerum, sic et pater. « Luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, » *Joel.* cap. i, 47. Hinc Deus dicitur « amictus lumine sicut vestimento, » *Psalm.* cii, 2; et lux dicitur propria ejus esse « possessio, » *Job* xxxvi, 33. Unde S. Dionysius, cap. iv *De Divin. nom.*, ait solem esse vivum Dei simulacrum. Quocirca Christus: « Ego, inquit, sum lux mundi, » *Joan.* viii, 12. Quod et Plato, lib. VI *De Republ.*, lucem et solem nuncupat boni prolem et filium. Audi Nazianzenum, *orat.* 40: « Ac quidem Deus summum et inaccessibile lumen est, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione praeditum illuminans, hoc in intelligibilibus, quod sol in sensibilibus; eo se magis contemplandum nobis praebens, quo accuratius animos purgaverimus; eo rursus magis amandum, quo magis contemplari fuerimus; eo denique magis cognoscendum, quo magis amaverimus; sese ipse speculans et comprehendens, ac perexigit ad externa diffusans. Lumen porro hoc dico, quod in Patre et Filio et Spiritu Sancto consideratur, quorum opulentiæ naturae identitas est, atque una eademque splendoris proslatio. Secundum lumen est angelus, primi illius luminis velut rivulus quidam, aut participatio per propensionem ad illud, ac ministerium illuminationem habens, de quo statueret neque, utrum pro classis suae orbis, quae ratione splendor ei imperiatur, an potius pro divinae illuminationis modo hanc vel illum sedem accipiat. Tertium lumen homo est, quod externis etiam perspicuum et manifestum est; *g. d.* enim, id est lumen, hominem vocant, propter rationis nobis insitae vim et facultatem. Quo etiam rursus nomine inter nos appellantur, qui hinc similiores sunt propiusque ad Deum accedunt. »

Tropologice, Olympiodorus: Qui, inquit, solem justitiae, puta Christi illuminationem mente sua recipit, plane videt quae ad ejusdem solis voluntatem sibi agenda sunt, quaeve dimittenda: idemque idcirco magna voluptate letitiaque perfunditur, eo quod non solum sibi agenda cognoscens, sed etiam ab eodem sole illustratus, patetissima mente contempletur pulcherrimas illas species, quae a materia sejunctae, solo intellectu percipiuntur. Ad haec animo comprehendit dies tenebrarum perennes, qui in futuro saeculo impios sunt comprehensurus; atque idcirco omni studio declinat a malo bonumque operatur. Haec Olympiodorus.

Anagogice, Chaldaeus hanc gnomen explicat de lumine gloriae, quo beantur Sancti in caelo: *Et stavis, inquit, est lux legis, et optissima certe; quae oculis caligantibus lumen offerat, ut aliquando dignitatem vultus Domini teneant, qui deino quodam splendore justorum faciem est illustraturus, ut pulchritudine cum sole comparari queant.*

8. SE ANNIS MULTIS VIXERIT HOMO, ET IN HIS NIEBUS LETATUS FUERIT, MEMINISSE DEBET TENERE TEMPORA, ET DIERUM MULTORUM: QUI CUM VENERE VANITATIS ARGUENTUR PRAETERITA. — Coheret h gnome praecedenti, ejusque salubrem antithesin suggerit, *g. d.* Dulce quidem est frui lucis usura solemque contemplari. Dulce est vivere, viteque voluptates degustare; at noli illis nimis te oblectare; noli his securus incombere, nec per eas Deum offendere; noli perpetuas aut diturnas existimare, quia breviuscendit illis dies tenebrosi et moesti senectutis et mortis, qui cum venerit, reipsa ostendit quam praeteriti vite et voluptatum dies fuerint vana, id est breves, pauci, fugaces, exanidi: tunc enim omnis lux desinet incaliginem, voluptas in arummas, letitia in mactitiam, vita in mortem. Periade enim ac sol, dum mane oritur, splendidus est et fulgidus, crescitque in meridiem, mox post paucas horas descendit, declinat, occumbit: sic prorsus et vita nostra, dum nascitur, splendet, crescitque in virilem aetatem; ad post paucos annos descendit, senescit, occidit. Dum ergo solem orientem et occidentem quotidie intueris, vivam vitam tuae simulacrum accipe, in eoque ortum et occasum tuum metire et intueri. Eslo annos Mathusalem vixissus, cum illi exacti fuerint, perinde erant ac si non fuissent, juxta illud: « Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternae, quae praeterit, » *Psalm.* lxxxix, 4 (1).

MEMINISSE DEBET TENEBROSIS TEMPORIS, ET DIERUM MULTORUM. — Hebraea, recordatur dicam caliginis, qui multi erunt. » Per quos, primo, accipi possunt dies senectutis, qui licet pauci, quia tamen multis arummas referri, senescenti multi longique aequae ac tenebrosi, id est miseri tristesque videntur, sicuti infirmo nox aliquin brevis longa videtur. Adde, senibus caligant oculi, ut eis sol tenebrosere videatur, uti dicitur cap. xii, vers. 2: ibi enim fies hosc dies senectutis tenebrosos describit.

Secundo, dies mortis et sepulturae, hi enim m ulli sunt, quia durabunt usque ad diem judicii, quo a morte resurgemus. Unde Chaldaeus vertit, *quoniam multi sunt dies, quibus dormiet in domo sepulturae, et pertinet ei iudicium suscipere de celo omni-*

(1) Quod si multos annos vixerit homo, et in illis omnibus letatur, meminisset tamen dierum tenebrarum, quod multi erunt, et quidquid futurum est in hac vita, si cum diebus aeternitatis conferas, vanum esse. Rosenkallerus vertit, *letabitur... recordatur, hoc sensu: Quo dixerat, jucundum esse hujus vitae usuram, eo probat, quod si quis et multos annos vivat, tamen non sit vite pertusus.*

tempore, que venerit super eum malum, propter vanitatem quam fecit.

Tertio, dies mult. et tenebrosi sunt dies eternitatis, quos impii miserimos et perpetuos agunt in tenebris gehennæ. Ita Olympiodorus: « Reputat, inquit, animo tenebrarum dies, qui in futuro seculo sunt impios comprehensuri, peccatoresque post rerum omnium vanitatem ad æterna venturos supplicia. »

QUI CUM VENERINT, VANITATIS ARGUENTUR PRÆTERITA. — Hebræa, *omne quod venit est vanitas*; S. Hieronymus, *omne quod venturum est vanitas*; alii, *omne quod subsequitur, vanum erit*; Vatablus, *omnis qui nascitur est vanitas, q. d. Quidquid venit et eventit in hoc mundo, vanum est: sicut enim præterita evanescunt, sic presentia illico transeunt et evanescent, ac futura transibunt et evanescent. Ex præterita enim rerum vanitate, licet certo conicere et metri presentem et futuram; quod ut indicaret Noster, solerter vertit, *qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita*. Sapienter ergo S. Remacius, Episcopus Trajectensis, mortuus, hoc ultimam suis dedit monitum: « Totâ sapientis vitâ quædam debet esse commentatio mortis. » Quin et Plato ait: « Philosophia (ethica) non est aliud quam meditatio mortis. » Vitam S. Remacii scripsit Nolgerus ejus successor. Exstat apud Surium, die 3 septemb.*

9. LETARE ERGO, JUVENIS, IN ADOLESCENTIA TUA, ET IN BONO SIT COR TUUM IN DIEBUS JUVENITUTIS TUE, ET AMBULA IN VISU CORDIS TUI, ET IN INTUITU OCULO- RUM TUORUM: ET SCITO QUOD PRO OMNIBUS HIS ADDUCET TE DEUS IN JUDICIUM. — S. Hieronymus hinc inchoat cap. XII. Pro juvenitute Hebræice עליונות *bechurota*, id est, electionum tuarum, id est in ætate plane electa et florida; juvenitute enim est ver, decor et flos ætatum omnium: quare tunc cuique eligendus est status et optima vitæ ratio, ut optimam ætatem optime transigat, Deoque optimo dedicit. Septuaginta addunt *ἀσφαλτος*, id est irreprehensibilis, immaculatus, inculpatus. Unde vertunt, *ambula in visum cordis tui immaculatus*. Sic quoque vertit Arabicus. Rursum pro: « Et in intuitu oculorum tuorum, » Septuaginta Romani legunt contrarie, et non in intuitu oculorum tuorum. S. Ambrosius vero *Exhort. ad virg.* sic legit: *Ambula in visum cordis tui sine macula, et in aspectu oculorum tuorum, et non in audacia oculorum tuorum*, hoc est, inquit, « in aspectu spiritali, non in audacia seculari. » Verum Complutenses legunt eodem modo quo Hebræa, Latina et Syrus, scilicet, *in intuitu oculorum tuorum*. Quocirca S. Ambrosius, Albinus, Olympiodorus, et S. Gregorius, XXIV *Moral. cap. iv.* censent juvenes hic invitari ad gaudium spirituale, ad quod invitat Apostolus *Philipp. iv. 4.* dicens: « Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est. » hinc et Chaldaeus vertit, *letare, juvenis, in diebus juvenitatis tuæ, et sit cor hilare in*

te in diebus adolescentie tuæ, et ambula in humilitate in visum cordis tui, et sit admonitus in visu oculorum tuorum, et non aspicias malum; et notum sit tibi, quod pro omnibus adducet te Deus in iudicium. Verum ambulare in visum cordis et in intuitu oculorum significat gaudium non spirituale, sed sensuale et carnale, juxta illud cap. II, 10: « Et omnia, que desideraverunt oculi mei, non negavi eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate fruere, et oblectare se in his, que preparaveram; et hanc ratus sum partem meam, si utreret labore meo. » Et hoc quoque non aliud voluisse Septuaginta patet ex interpretatione Thaumaturgi, quam recitavi vers. præced., ex qua liquet eum in Septuaginta non legisse *ἀσφαλτος*, id est, *irreprehensibilis*; aut si legit, ita interpretari, q. d. *Ambula in visum cordis tui irreprehensibilis, id est vive ut libet, sic ut nemo te reprehendere audeat, ut que tu nullius reprehensionem metuas, vel audias et in cor admittas. Est ergo concessio, q. d. Lete et juvande frueri, o adolescens, voluptatibus adolescentie, ita tamen ut memineris te eorum rationem redditurum Deo in iudicio; et quod recte facias, modeste et honeste sis utere. Huc facit proverbium Arabum, *Cent. I, num. 69*: « Vive, aselle, quamdiu floret pabulum; » frueri pabulo, quamdiu illud obtines: brevi enim deficiet, nec obtinebis. Vivere enim est *ἡδονή*, id est *gaudere et frui*, quod Galli dicunt *se donner bon temps*. Vel potius est ironia, q. d. O juvenis, qui per adolescentiam ardes sanguine, spiritibus et concupiscentiis, age, in bono cor tuum sit, id est cor tuum exhilara (bonum enim sumitur pro hilari et jucundo); unde S. Ambrosius, *Exhort. ad virgin.* vertit, *oblectet te cor tuum, ambula in visum cordis tui*, id est sequere desideria tui appetitus, et in intuitu oculorum tuorum, ut quod oculi tui concupiscent, id prosequaris, indulge tuis desideriis, satia te tuis cupidinibus; sed « scito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. »*

Frangere toros, pele vina, rosas cape, tingere nardo: Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

Quare si sapis, metu mortis et divini iudicii refrena tuas voluptates, resiste tuis cupidinibus, amores vanos mortifica, ut iudici, qui concessit eorum usum, sed vetuit abusum, congruam reddas rationem. Ita Thaumaturgus, S. Bonaventura, Hugo, Cajetanus, Titelmannus et alii. Adolescentia enim, ut docet S. Ambrosius, *De Inter. Job cap. vii.* et Aristoteles, VIII *Ethic. cap. vi*: « Calore corporis fervente, æstusque sanguinis vaporantis ignes, cente, ut invalida est viribus, ita consiliis infirma, vitio calens, fastidiosa monitoribus, illecebrosa delictis. » Quare acerbis stimulis timoris iudicii et gehennæ a suis cupidinibus coercenda et refruenda est. Quocirca S. Anysia Martyr sobolat de juvenute conqueri dicens: « O insidiosam ætatem, que aut lædit, aut læditur! Pulchra res est senectus. Hei mihi! longitudo temporis me necesse

titia afficit, que tandem separat a celestibus. » Eadem brevissimo somno utebatur, dicens: « Malum est mihi dormire, cum meus inimicus vigilat. » Ita habet ejus Vita apud Surium ultima edit. 29 decemb. Porro ironia et sarcasmus, id est hostilis irrisio, frequens est in Scriptura præsertim in Prophetis, ut *Thren. iv. 21*: « Gaude, et letare, filia Edom, » cui mox excidium a Nabuchodonosore inferendum intendentur: « Ad te quoque perveniet calix (ira et vindicta Dei) inebriaberis, atque nudaberis. » Similia sunt *Dan. v. 18*, ubi insultat Balsasari; et *Ezech. xxviii. 42*, ubi insultat Tyro, æque ac Pharaoni, cap. xxxi. 18, et cap. xxxii. 19.

ET SCITO QUOD PRO OMNIBUS HIS ADDUCET TE DEUS IN JUDICIUM. — « Cujus iudicium, ait Tertullianus, lib. *De Patientia*, non in compede aut pileo veritur (servi enim mali damnabantur ad compedes, boni vero donabantur libertate, cujus insigne erat pileus), sed in eternitate aut pœnæ aut salutis. » Iudicium autem Dei complectitur, primo, strictum examen juvenitatis in voluptatibus exacta; secundo, sententiam iudicis; tertio, supplicium, puta gehennam. Hinc gnomæ similis est paræmia Arabum, *Cent. I, num. 20*: « Omnis ovis suspenditur et calcaneo suo in macollo, » id est, unusquisque iudicabitur et punietur super moribus suis, præsertim ultimis et finalibus visis, juxta illud *Galat. vi*: « Unusquisque onus suum portabit. » Huc facit aurea gnome R. Achabie filii Mahaleel in *Pirke Avoth*, cap. III: « Tria, ait, tibi consideranda sunt, quibus a peccato coerearis: que origo tuæ conditionis est, quis finis, et ante quem iudicem ratio tibi reddenda est. Unde tibi origo est? et frigidum spermate. Quo tendis? ad vermes et fineas. Cui iudici stare debes sententiam excepturus? Regi regum terribili, qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ, Deo sancto et benedicto. » Ibidem R. Eleazar ait: « Qui nati sunt, oportet eos semel mori; qui mortui sunt, oportet eos rursus in vitam resurgere; et qui surrexerunt, oportet eos iudicari, et scire quod Dominus ipse sit Deus formator hominum, et mundi creator, et gubernator rectorque supremus. Ipse idem et illem movens, et testis ad nos, et iudex. Benedictus sit ille sanctus et justus, in quo non est iniquitas, nec oblitio, nec respectus in faciem, nec munerum aut personarum acceptio, propterea quod omnia ejus sunt, ac scito eventura omnia iuxta mensuram eorum, quorum tibi ratio reddenda est. Cave autem ne in vanam et stultam spem ascendas, qua futurum tibi spericulum refugii locum nequidquam præsumas, et frustra pollicere; inconsulto enim te creatus es, inconsulto iterum te genitus es, et vivis et morieris, et ratio tibi reddenda est Regi regum sancto et benedicto. »

Porro iudicii divini exactum et terribile examen graphicè depingit, et ad vivum representat S. Cyrillus, orat. *De exitu anime et secundo adventu*,

tom. IV, ubi quibus telonia quasi tribunalia recenset, in quibus anima a demonibus, seu sevisisimis publicanis, accusatur de singulis, que per quinquæ sensus peccavit: « Tenetur, inquit, animus a sanctis angelis per æerem sublimis præteritis, inveniente quosdam quasi publicanos ascensum custodientes, et ascendentes animos perhædentes prohibentesque. Nam quisque publicanorum propria habet peccata, qua illis obijciat; alius perperam dicta, quecumque ore et lingua commissa sunt, mentiundo, jurando et pejerando; quum superflua, nugatoria et vana verba, tum hællationes, vnique abusum et luxum, et immo-dicos indecorosque risus, levia et inhonesta oscula, et impudica cantia. At sancti angeli, animum ducentes, proferunt et ipsi quecumque ore lingueque locuti sumus bona, supplicationes, gratiarum actiones, psalmos, carmina, laudes, divinos cantus, scripturumque lectiones, et quecumque per os et linguam bona Deo promissimus. Secundum telonium est oculorum visus, quecumque indecoro aspectu, curiosoque et effrenato intuitu et fallaci nutu committitur. Tertium telonium est auditio, et quecumque per hunc sensum impuros spiritus accipiunt. Quartum est olfactus odoriferorum unguentorum, et suavium odorum, que nimas et impudicas decent mulieres. Quintum est eorum, que manuum tactu pervasæ et improbe facta sunt, et ceteræ vitiorum tabernæ, invidiæ et amulationis; inanis gloriæ et superbiæ, acerbitatis et iræ; iracundiæ et furoris; scortationis et adulteri et mollietis; homicidii et veneficii, caeterorumque impiorum et perversorum factorum, que in presentia minutim persequi non licet, ut in aliud tempus differantur. Breviter eodem modo deinceps suos quisque animi morbus et peccatum publicanos habet, et tributi quæstiones. Animus igitur, qui hæc et his majora pluraque cernit, quanto putas in metu ac trepidatione est, donec sententia feratur, et ejus libertas veniat? Illa est hora doloris, periculi gemisque plena, atque inconsolabilis, donec videat quid futurum sit. »

10. AUFER IRAM A CORDE TUO, ET AMOVE (Hebræa *transire fac*; Syrus *distare fac*, Arabicus *spolia multia humanitatem tuam*) MALITIAM A CARNE TUA. ADOLESCENTIA ENIM ET VOLUPTAS VANA SUNT. — Ab hoc versu Complutenses et Biblia Regia, Chaldaeus, Olympiodorus, Albinus ordiuntur cap. XII. Est conclusio educta ex versu præcedenti, q. d. Quia Deus te adducet in iudicium, ut iudicet te de concupiscentiis cordis et oculorum, aufer et resoca eas a te, præsertim iram et libidinem. Pro voluptate, perperat, alii legunt *voluntas*. Hebræa est *שחרור* *sacharur*, id est nigredo, crepusculum, aurora, indeque juvenus; hæc enim est quasi rosea aurora ætatis et vite. Unde Cyrillus, Vatablus, Cajetanus vertunt hoc loco, *juvenitas*; Pagninus, *pubertas*; Chaldaeus, *dies nigredinis capillorum*; juvenibus enim nigrescent capilli, so-

Quibus
tabula
antiquæ
et
corpore
miseria-
lia.

nibus albescent; multo magis juvenum mens nigra est, id est obscura, ignorans, caeca, confusa. Septuaginta vertunt, *zava*, id est amentia, stultitia. Noster melius vertit *voluptas*, haec enim sunt duo vitia juventutis, scilicet stultitia et voluptas: stultitia nascitur ex inesperienza et imperitia, voluptas ex fervore sanguinis et flore etatis. Est catachresis — voluptas enim vocatur *juventus*, quia quasi propria est voluptas, cum qua instar aurora transit et evanescent juxta illud *Osae* xi, 1: « Sicut mane transit, supertransit rex Israel. » Hinc Varroni *adulescentiari* idem est, quasi *luxuriari*, teste Nonio, cap. 1; et Terentius in *Adelphi*. « Crede mihi, ait, non est facinus adolescentium scortari. »

Per hoc taxat duo primariae juventutis vitia, scilicet iram in corde, et malitiam, vel, ut Ambrosius legit *neguinitatem*, Arabicus *iniquitatem*, id est libidinem in carne. Precipua enim carnis malignitas est libido, ait Olympiodorus et Thaumaturgus, sub quibus caetera omnia comprehendit: ira enim est filia superbiae et mater invidia; libido filia est gula, et mater aedie; utraque oritur ex calore et ardore aetatis juvenilis: hic enim calor juvenem excavat, et praecipitem agit in voluptates et vitia, ac praesertim in iram et appetitum vindictae, ac libidinem. Audi S. Hieronymum: « In ira omnes perturbationes animi comprehendit, in carnis malitia universas significat corporis voluptates. Sic ergo, inquit, bonis sensu hujus frueri, ne aut desiderio, aut carne delinquas. Relinque antiqua vitia, quibus in adolescentia tua vanitati stultitiaeque servisti, quia juvenis insipientiae copulata est (1). »

Similia habent Olympiodorus, Hugo, Glossa et Ferus quem audi: « Ne tristitiae vexetur, neve adversi frangatur, sed assuescat non irasci et indignatione vinci, ubi viderit omnia pessime geri; si quid viderit triste, sciat pertinere ad mundum, sicut alios invidere, ipse nolit perdere juvenam vitam. » Omnes enim passiones sunt in appetitu insensibili, ubi praesidet ira; vel in concupiscentia, ubi praesidet amor et libido, atque amor suscitatur iram, ut impedimenta quae eum venant frui bono amato, disjiciat. Hinc illud Luciani in *Dial. Moxe*, et *Moxe*: « Tracendi sunt, qui amant; » et illud Aristotelis, II *Rhetor*, cap. xii: « Juvenes, ait, omnia nimis amant, nimis odentur; ad risendum apti sunt, aculeaque irae, potentesque appetitiones sequi. » Quocirca, in emblematis juvenes pingitur ut juvenis animosus, diversis coloribus amictus, floribus coronatus, manu spargens nummos; ad latus si-

(1) Maurer, et anose indignationem a corde, animo tuo, et transire fac, avertit matiam a corpore tuo, et quicquid incedendum, molestum et noxium corpori tuo est, ab eo avertit; nam adolescentia et juvenis sunt habitus. Sed praestat sequi D. Hieronymi sensum, ut scilicet ira sit animi impetus juvenis quoque effervescentia, malitia vero carnis voluptas, non libido.

nistrum astat ei canis venaticus, ad dextram equus phaleratus. Nam, ut ait Horatius *De Arte poetica*:

Gaudet equis caibusque et aprici granie campi,
Cereus in vitium flecti, montibus asper,
Ullian tantus provisor, prociq; aris,
Sabinis, cupidiisque, et amata relinquere perna.

Denique adolescentia et voluptas vana sunt, quia utraque instar floris cito deflorescit, marcescit, corrumpitur, evanescent; unde poetae adolescentiam vocant *florem marcescentem*, praesertim dum nequiter, id est luxuriose, vivit, juxta illud:

Nequitia est, quae te non sinit esse senem.

Per *malitiam* enim nequitia, puta libido accipitur; licet Campensis pro *malitiam* vertat, *molestiam*; melius Tigurina, *vilitatem*. Unde Thaumaturgus vertit, *molestus est intemperantia, libido autem et spurcicia danavum et injuriam corporibus nostris affertur. Adolescentiae comes est insipientia, insipientia vero ducit ad interitum*. Vere Cicero, lib. I *De Legibus*: « Ab ea, inquit, quae penitus in omni sensu implicata insidet, imitatrix boni voluptas, malorum autem omnium mater. » Et lib. *De Senectute*: « In voluptatis regno virtus non potest consistere. » S. Chrysostomus apud Antonium in *Melissa*, part. II, cap. xx: « Ira, inquit, et cupiditatibus facilius juvenes decuntur et vincuntur; quare majorem quamdam custodiam requirunt, ac frenum durius. » Ibidem Nazianzenus: « Juventus, inquit, est temporis aetas. » Et S. Basilus: « Juventus est levis, et ad improbitatem proclivis; cupiditas effrenata, belluarum ira, temeritas, injuria et inflationes, magnique spiritus congenita et coalita mala, juvenutis haec sunt; invidiae adversus rem excellentem, suspiciones de familiaribus. Denique malorum tanquam examen juvenuti connexum et copulatum est, quorum omnium fructum necesse est in subiectis redundare, propterea quod magistratum vitia subiectis importent calamitatem. » Porro de voluptate juvenutis illecebra ita censet S. Ambrosius, lib. IV in *Lucam*: « Quasi clavis sulcigitor anima corporeis voluptatibus, et cum semel adhaerit cupiditatibus, demersa terrenis diffidit in altum potest revolare. » Nervosius S. Augustinus, lib. XIV *De Civitate*, cap. xvi: « Haec (libido) nisi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus, verum etiam intrinsicus vindicat, affectum commovet hominem, animi simul affectum cum carnis appetitu conjuncto atque permixto. » Hoc significat illud *Gen.* vi, 3: « Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est. » In qua verba scribens S. Chrysostomus, hom. 22 in *Gen.*: « De illis, inquit, dictum est, quod ipsi sint carnes, nam licet animam rationalem habere potentem sui partem, perierat tamen vivebant sine ratione, ac si sola carne contentarent. » Vide S. Gregorium, lib. VI in *I Reg.*, ubi

Agger ait: « Caro homo efficitur, quando sensui carnis ratio subjungatur. » Et Cyprianus, *De Bono pacis*: « Impudicitia obscenum ludibrium reddi ministris suis, nec corporibus pareens, nec animis, totum hominem suum sub triumphum libidinis facit. » Et Lactantius, lib. VI, cap. xxvii: « Mens inquinatur contagione impudiciorum corporis. » Haec rationis cum juvenili appetitu, sive spiritu et carnis, vel mentis et concupiscentiae luctam representantur veteres per Herculem cum Antheo, id est contrario vel adversario luctantem. Hercules enim rationis, mentis et spiritus est symbolum; Antheus vero corporis. Hercules pectus sapientiae est sedes atque prudentiae, quibus perpetua est cum appetitu et voluptatibus pugna: semper enim appetitus rationi obstitit, nec potest ratio superare, nisi corpus ita in altum et procul ab terrenarum rerum intuitu extulerit, ut pedes, hoc est affectus, nullum amplius fomentum a tellure accipiant, imo cupiditates et affectus, qui terre sunt filii, prorsus interficiant. Quo de genera mortis loquitur S. Paulus, *Coloss.* iii, cum ait: « Mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. » Et David *Psal.* cxvi: « Pre-

tiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. » Et Servator ipse: « Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum afferit. » *Joan.* xii, 24. Et haec est omnium victoriarum praestantissima. Unde in Scipionis Afferici tunulo legitur hic elegantissimus versiculus:

Maxima castarum victoria victa voluptas.

Et Boetius hoc ipsum Herculis factum celebrans ait: « Superata tellus sidera donat. » Porro Fulgentius in *Mythol.* et Boccacius in *Genealog. Dier.* lib. I, cap. v, tradunt Antheum fuisse terrae filium, quem saepius a se prostratum, robustiorum resurgere carnis Hercules, advertens quod e terrae contactu vires recuperaret, jam fessum unis in altum extulit, ibique tandem tenuit donec exspiraret. Fulgentius per Antheum accipit libidinem, quae ex sola carne nascitur, quae tacta, etsi fessa sit, resurgit. Verum ab homine virtuosae castoque, carnis denegato actu superatur. Anthei meminit S. Augustinus, in lib. *De Civitate*, eumque vixisse tradit regnante Argis Damo et Eusebio, in lib. *De Praepar. Evang.*

CAPUT DUODECIM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Graphice et ingeniose per varia symbola et aenigmata depingit arumnas senectutis et mortis, ut vis impellat juvenes ad sperandas voluptatum vanitates, et sectandam veritatem, verumque Dei cultum, antiquam adolescentiam senectute commendant. Unde concludit vers. 13: Deum time, et mandata ejus observa: hoc est enim omnis homo. Est ergo hic elegans aenigma senectutis et aegritudinis, in quo per 21 symbola notantur 21 defectus, arumnae et vitia senectutis. Primus est, vers. 1, afflictio ex morbis variis; secundus, displicentia et tardum rerum omnium; tertius, vers. 2, quod caelestes motus et influxus destituit senes; quartus, continua distillationes et catarrhi; quintus, vers. 3, custodiam, id est sensuum defectus; sextus, mutatio virorum fortissimorum, hoc est erurum et tibiarum; septimus, minutio molentium, id est dentium; octavus, caligo videntium per foramina, id est oculorum; nonus, vers. 4, exilitas vocis ex osiorum in platen, id est arteriarum in pectore constrictione et clausura; decimus, tenuitas somni et nocturna vigilia, ut ad vocem avis cogitent; undecimus, defectus aurium et auditus; duodecimus, vers. 5, timor, pavor et stidor; decimus tertius, carities similitis amygdalo floribus candescenti; decimus quartus, tumor ventris, pedum et erurum instar locustae; decimus quintus, fastidium cibi, cuius orez excolet capparitis; decimus sextus, abitus ex vita, quod scilicet mori ibi in domum aeternitatis suae; decimus septimus, funus quod communis amicorum planctu celebrabitur; decimus octavus, vers. 6, ruptura funiculi argentei, id est contractio medullae spinosae dorsi; decimus nonus, recursus vitae aeternae, id est contractio meningis, sive involucri cerebri; vigesimus, contractio hydrae super fontem, id est, venarum et sanguinis ex foete prodentium; vigesimus primus, contractio rotae super cisternam, id est, capitis ex corde spiritus haurientis. Porro haec vitia et arumnas senectutis in omnibus quidem senibus locum habent; unde et de omnibus hic agitur, maxime tamen de iis qui in juventute per symposia et libidines juveniles spiritus et vires exhaustaverunt, hic enim nocens juvenutis haurit per morbos senectutis. Unde de iis totum hoc caput accipit Osorius. Hinc et novuallii illud applicat Salomoni, quasi ipse hic senis sui arumnas describit, ex libidinis adolescentia. Vere Cicero: Libidinosae intemperantiae effluvia effluvia tradit senectuti. Aristoteles quoque, lib. VI *Histor. Animal.* cap. iv, et lib. De Longitud. et brevitate vitae, ac *Plinius*, lib. X, cap. xxxv, docent animalia saluta et in venerem prona brevis esse aevi. Igitur dicas hac gula et luxuria juvenutis damnata